

*Erant sicut oves non habentes pastorem.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Marcum 6, 30-34

In illo témpore:

<sup>30</sup> **C**onveniéntes apóstoli ad Iesum  
renuntiavérunt illi  
ómnia, quæ égerant et docúerant.

<sup>31</sup> Et ait illis:  
«Veníte vos ipsi seórsum in desértum locum  
et requiésce pusillum».  
Erant enim, qui veniébant et redíbant multi,  
et nec manducánda spátium habébant.

<sup>32</sup> Et abiérunt in navi in desértum locum seórsum.

<sup>33</sup> Et vidérunt eos abeúntes  
et cognovérunt multi,  
et pedéstre de ómnibus civitátibus concurrérunt illuc  
et prævenérunt eos.

<sup>34</sup> Et éxiens vidit multam turbam  
et misértus est super eos,  
quia erant sicut oves non habéntes pastórem,  
et cœpit docére illos multa.

Verbum Dómini.